

## De Cōmemoratōe

signum fuit post resurrectionem. quia ipse cum iohanne ad monumentum cucurrit. Et sicut dicit grego. Illi pre ceteris cucur-  
rerunt qui pre ceteris amauerunt. Aliqñ simul cucurserunt. aliqñ iohannes cucur-  
rit citius petro. et aliqñ petrus citius Jo-  
hanne. qz prior monumentum intrauit.  
Per qd datur intelligi q ambo sapien-  
ter xpm dilexerunt. iohannes aut magis  
dulciter. petrus vero magis pstanter. **¶** Et  
cio beatus petrus fuit efficacior in uirtute  
et hoc quadrupliciter. Fuit enim efficaci-  
or in uirtute credendi qñ dixit. Tu es xps  
filius dei uiui. De ipsius petri fide dicit Lu-  
ce. xxiij. Simon ecce satbanas expellit  
uos ut tribuaret sicut triticu et c. ubi habet-  
ur q eius fides multu fuit a dyabolo re-  
parata cum dicit. Ecce satbanas et c. Doli-  
us enim ubi inuenit locu magis munitu. ibi  
maiorē exercet conatum. Fuit a xpo mul-  
tum roborata cum dicit. Ego autem p te ro-  
gam petre ut non deficiat fides tua. q om-  
nibz fuit in exemplū data cum dicit. et tu ali-  
qñ puerus et c. Fuit etiam efficacior in so-  
tore sanandi. Non solum em sanabat sic  
ceteri uerbo orōnis. sed etiā uerbo iussiois  
sicut patet Act. ix. in sanatione ehee. Un-  
bra corporis sui. sicut dicit Act. v. in po-  
sitione baculi sui. sicut patet in discipulo  
p. xl. dies defuncto qui ad impositionem  
sui baculi iam sanatus est et resuscitatus.  
Fuit efficacior in uirtute predicandi. Tā  
gratiose namqz predicabat. q aliqñ vna  
die tria milia aliqñ quinqz milia hoīm cō-  
uertebat. sicut habet Act. ii. et. iij. Hoc  
est enim testimoniū gratiosi predicatoris  
Unde crisost. sup. Math. Testimoniū su-  
diosi agricolę est messis secunda. assidui  
doctoris ecclesia plena. negotiatoris mul-  
tipler thesa. Fuit etiam efficacior in uir-  
tute orandi. Eius enim oratio aliqñ ape-  
riebat celū. sicut patet Act. ix. ubi dicit  
q cecidit super eum mentis excessus et ui-  
dit celum apertu. Aliquando faciebat de-

## Sancti Pauli

scendere spūm sanctum. sicut patet Act. viij. in samaritanis. Aliquando spoliabat  
infernum. sicut quando suscitauit defun-  
ctum quem symon magus suscitare non  
potuit. Et aliquando vincebat demoniū.  
sicut patet in demone qui symonem ma-  
gum per aerem deferebat. **¶** Quattro bea-  
tus petrus fuit gloriosior in passione. pas-  
sus est enim eandem penam cum chris-  
to. put chrisus ei preduxit. Iohannes vltio.  
Sequere me. Sapiē. xxiij. Simili pena  
seruus cum domino est afflicus. Polu-  
it autem beatus petrus illam penam pati  
reclus sed reuersus. hoc propter quatuor  
causas quas ipse ponit. Prima quia pp-  
ter honorem domini sui non reputabat ie-  
dignum eo modo penam illam pati. quo  
modo chrisus eam pertulit. Secunda qz  
chrisus passus est ppter mundū redimen-  
dum. ideo debuit ad mundū respicere. Ip-  
se aut petrus pariebatur ppter acquirendū  
celum. ideo debuit ad celum habere respec-  
tum. Tercia ppter lapsum generis huma-  
ni significandū. Chrusus enim semp rec-  
tus stetit et nunqz in peccatum cecidit. ho-  
mo uero caput mentis in terram defixit. et  
ptra deum recalcitrauit. Quarta ad innu-  
ehdum q homo mutauerat amorem spū  
alem in amorem mundanum. Homo em  
rectus in cruce positus si reuoluitur illud  
qd erat dextre efficitur sinistrę. Tunc igit  
homo mutauit dextrum in sinistrum quā-  
do mutauit amorem celestium in amorem  
mundanum.

In pmemoratione sancti Pauli apo-  
stoli. Sermo primus.

**Q**uoniam autem pla-  
cuit ei qui me segregauit ex v. e-  
ro matris mee et c. Galath. i. Apostolus  
non ingratus fuit gratie dei. sed quinqz ef-  
fectus diuine misericordie in se recogno-  
uit humiliter. Primus effectus est q ip-  
sum de vtero sue matris eduxit. Notan-  
t. iij.



## De Cōmemoratōe

dum autem q̄ est quintuplex uterus ma-  
tris. **P**rimus uterus est uterus matris  
generalis. s. terre. **S**ecundus est uterus  
matris carnalis. s. matris pprie. **T**ercius  
est uterus matris figuralis sc̄q̄ sinagoge.  
**Q**uartus est uterus matris spūalis. sc̄q̄  
militantis ecclesie. **Q**uintus est uterus  
matris celestis. s. triumphantis ecclesie.  
**B**eatus igit̄ paulus primo fuit in utero  
sue matris carnalis et exinde deus eum se-  
gregauit quando eum ad lucem deducit.  
**U**nde. ps. **D**e ventre matris mee deus  
meus es tu. **E**t idem **T**u es qui extra  
risti. **D**einde intrauit in ventre matris  
figuralis. s. sinagoge. **E**t ab isto utero de-  
eum segregauit quando ipsum ad fidem  
puerit. **E**t ista segregatio significata ē in  
ortu beniamin ubi rachel mortua est. ideo  
vocauit eū filiū doloris. **S**ed pater valdē  
est gauisus ideo vocauit eum filiū dextre.  
**E**t sua enim cōuersione sinagoga morte  
spūalem incurrit. et multam tristitiam ha-  
buit sed deus pater valdē gauisus est eū  
eum filium dextre appellauit quādo dixit  
**A**ctu. **U**nde q̄ vas electōnis est mihi  
iste. **D**einde ex utero sinagoge intrauit in  
uterū militantis ecclesie in quo tam diu  
permanet q̄diu in hac vita vixit **A**b isto  
utero deus eum segregauit quando eius  
animā a corpore sepauit. **E**t tunc intrauit  
eius corpus in uterū matris generalis. s.  
terre. et anima eius i uterū matris celestis  
sc̄q̄ iherusalem sup̄ne. **I**n ipsa autē sepa-  
tione caput eius exiliens tres saltus de-  
dit et in quolibet saltu fontem aque apuit  
per quod significabat q̄ in vita sua tres  
saltus fecerat. vnū saltauit de sinagoga  
ad ecclesiam. **E**t tūc apuit et manifestauit  
fontem diuine misericordie. **A**liū saltum  
fecit discurrendo p̄ mundū. et tunc aperuit  
fontem celestis doctrine. **T**erciū quando  
saltauit vsq̄ ad terciū celum. et tunc ape-  
ruit fontem diuine sapientie. **I**psū enī  
caput beati pauli benedictū nomē ihesus

## Sancti Pauli

clara voce insonuit. **I**psū enim nomen  
ihesus fuit in corde eius iubilus. et in ore  
mel. in aure autē melos. **R**ecte igit̄ post  
mortem nomen ihesu protulit nimia sc̄li-  
cer cordis iocūditate repletus. nimia oris  
dulcedine allectus. et nimia iubilatōe ar-  
momaca puocatus. **T**unc etiam de eius  
sancto corpore quatuor emanauit. s. vnda  
lactis p̄pter eius puritatem. vnda sangui-  
nis p̄pter eius martyrii lancritatem. iplē-  
dor lucis p̄pter ipsius sapientie claritatē.  
et fragrantia odoris p̄pter ipsius fame ce-  
lebritatem. **T**andem deus ipsum corpus  
de utero matris terre segregabit. s. quādo  
diceret tempore extremi iudicij. **S**urgite  
mortui venite ad iudicium. et tunc i uterū  
matris celestis intrabit. **E**t de illo utero  
nūq̄ eribit. **I**deo obitus sanctorū natale  
vocat q̄ tunc in celo nascunt̄. **S**ecundus  
effectus diuine misericordie ipsum p̄ gra-  
tiam suam. vocauit. iō subdit. **E**t voca-  
uit p̄ grā suā. huiusmodi autē vocatio cō-  
mendabilis est ex pre vocantis. **C**eteros  
quidem apostolos christus vocauit exis-  
tens in sinistra p̄sentis miserie. sed hunc voca-  
uit existens in dextera paterne glorie. **E**t  
p̄pter istam causā in papali bulla ponif-  
beatus paulus a dextris sed effigies beati  
petri ponif a sinistris. **E**st etiam cōmēda-  
bilis ex pre vocari. non enim christus vo-  
cauit eum piscantem vt petrū. nec lucris  
inhiantem vt mathē. nec rethia reficien-  
tem vt iohannem et iacobum. sed odientē  
ardenti animo. vnde dicit̄ spirās minarū  
inimicantem prauo studio. quia accessit  
ad principem sacerdotum et p̄sequentem  
sollicito ministerio quia ibat in damascū  
vt si quos inueniret. **C**ōmendabilis ē  
etiam ex pre modi vocandi. **C**eteros enī  
vocauit solo verbo hunc autem vocauit p̄  
lucem excecantē. per virtutem p̄sternē-  
tem. p̄ vocem obiurgantem. **T**ercius mi-  
sericordie effectus est. quia ipsum p̄ diui-  
nam sapientiam docuit. cum subditur. vt



## De Cōmemoratōe

reuelaret filium suum in me. Istam autē sapientiam beatus paulus a quinq; magistris accepit. Primo a moyse. Gala. i. Proficiebam in iudaismo super multos coetaneos meos. Et quantum ad hoc factus est phariseus. De hoc Actu. xxiij. Ego phariseus sum filius phariseorum. Secundo a filio. et quantum ad hoc factus est apostolus. Galath. i. Paulus apostolus non ab hominibus neq; per hominem. sed per christum ihesum. Tercio a spū sancto. et quantum ad hoc factus est dei legatus. Actu. xij. Dixit spū sanctus Segregate mihi paulum et barnabā. Quarto a patre. et quantum ad hoc factus est dei euangelista verus. vnde dixit. vt reuelaret in me filium suum. vt euangelizaret eum in gentibus. Quinto a tota trinitate quando in tertium celum est raptus. ij. ad Cor. Audiuī archana verba que non licet homini loqui. Quartus effectus misericordie dei beatus paulus in se recognouit potest esse. qz ipsum predcatorem gentiū fecit. vnde subditur. vt euangelizaret illū in gentibus. Nam in gentibus erat maior potentia. qz ibi erant reges et imperatores. Maior sapientia. qz ibi erant philoſophi et doctores. Maior eloquentia quia ibi erant rethores et oratores. Maior varietas errorū. et maior diuersitas vicioz. Sed cōtra ista quinq; certamina accepit quinq; adiutoria. Nam contra tyrannoz potentiam accepit virtutem et constantiaz. Actu. xxiij. apparuit illi dominus dicens Constans esio paulē. Oportet te nāq; ro me testificari. Contra sapientiam mundanam accepit et simplicitatem euangelicā. pri. Cor. v. Non enim iudicaui me aliq; quid scire inter eos nisi christum ihesum et hunc crucifixum. Contra rethoz eloquentiam accepit facundiam fructuosā. Ibidem. Sermo meus et predicatio non in p suauibus humane sapientie verbis. sed in ostensione spiritus et virtutis. Contra

## Sancti Pauli

diuersitatem errorum accepit fidei et sapienteritatem. sicut patet Actuum. xvij. vbi dixit athemensibus. Quod ignorantes colitis hoc ego nuncio vobis. Contra multipliciter vicioz accepit omnium gratiarū plenitudinem. Nam ptra luxuriam opposebat virginitatem. i. Corin. tibi. vñ. Volo autem omnes homines eē sicut meipsum. Contra gulam parcatatē. pri. Thimoth. vñ. Habentes alimenta et quibz tegamur hijs contenti sumus. Contra auariciam habuit voluntariam paupertatem. Philippē. ij. Omnia arbitratu sum vt stercora vt christum lucifacere. Contra tristitiam conscientie iocunditatem. ij. Cor. i. Gloria nostra hec est testimonium conscie nre. Contra iram benignitatem. i. ad Corin. x. Sine offensione esto re iudeis et gentibus. Contra inuidiam fraternam caritatem. ad Roma. v. Caritas dei diffusa est in cordibz nostris. Contra vanam gloriam habuit humilitatem. i. ad Cor. v. Ego enim sum minimus apostolorū. Quintus effectus ex diuina misericordia est. quia christus mox eum sibi obedientem fecit. quod notatur cum dicit. Continuo non acquieui carni et sanguini. id est amori et dilectioni carnis. sed potius diuine inspirationi. continuo. id est sine contradicōne. Actuum ix. Domine quid me vis facere. Vel continuo. id est sine deliberatione. Vnde beatus bernardus. Amicos consulat qui nō nouit qd inimici hominis domestici eius. Vel continuo. id est sine dilatione. quia indurias nō petijt. sed prorsus obediuit. Proverbior. ij. Nō dicas amico moua de et reuertere. Vel continuo id est sine trepidatione. quia nihil timuit. sed de dei bonitate confidit. Isaye. xxxv. capitulo. Dicite pusillanimes. Fortamini et nolite timere.

De eodem die.

Sermo .ij.

t.ij.



## De Cōmemoratōe

**E**cce nos reliquimus omnia et secuti sumus te etc. Matth. xix.  
 In isto euangelio quod ad honorem beati pauli dicitur a tribus commendabilibus inuenitur. Primo quidem a perfecta mandati abrenuntiacione. Et hoc tangit cum dicitur. Ecce nos reliquimus omnia. Reliquit enim omnia impediencia. id est amorem diuitiarum que hominem impediunt a salute. Matth. x. ca. Difficiliter qui pecunias habent regnum dei introibunt. Istum amorem mundi iste reliquit qui ait. Gal. vi. Mihi mundus crucifixus est et ego mundo. Secundo reliquit omnia retrahencia. sicut est amor parentum qui precipue hominem retrahit a salute. Matth. x. Inimici hominis domestici eius. Istum reliquit qui ait. Gal. i. Non acquiesci carni et sanguini etc. Tercio reliquit omnia ponderantia ut est sarcina peccatorum. Hebr. x. Deponentes omne pondus et circumstantes vos peccatum etc. Quarto reliquit omnia periculosa ut est amor deliciarum. unde ait. i. ad Cor. ix. Castigo corpus meum et in seruitutem redigo. Quinto reliquit omnia periculosa ut est amor sui ipsius. de quo periculoso amore ipse ait. ij. ad Thimo. iiij. ca. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa. Et erunt homines seipsos amantes. Istum amorem sui ipsius beatus paulus non habuit quia propter christum se in mortem tradere semper paratus fuit. Unde ait Actu. xx. Ego non solum alligari sed et morti paratus sum propter nomen domini ihesu christi. Sexto reliquit omnia infructuosa ut est amor honorum qui est infructuosus et vanus. Unde Psal. Ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium. Gal. primo ca. An quero hominibus placere. Si adhuc hominibus placere seruus christi non essem. Secundo commemoratur a salutifera christi imitacione. quod notat cum dicitur. Et secuti sumus te. Ad hoc autem quod homo christum imitetur duo

## Sancti Pauli

requirunt. Unum ex parte dei. scilicet attractio sue dignationis. Johan. vi. Nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit illum. Trahit autem quatuor funiculis. scilicet modo exteriori eruditione. modo interiori inspiratione. modo paterna flagellatione. modo beneficiorum exhibicione. Sed de quibusdam qui istis quatuor funiculis se trahi non permittunt dominus conqueritur dicens. Pro uerbiorum. j. Vocauit et rennuistis. quo ad exteriora documenta. Extendi manum meam et non fuit qui aspiceret. quo ad collata beneficia. Desperistis omne consilium meum quo ad inspirata consilia. Et increpaciones meas neglexistis. quo ad irrogata flagella. Istis quatuor funiculis apostolus tractus fuit scilicet exteriori eruditione et repletione. Actu. ix. Saul saule quid me persequeris etc. Interiori inspiratione. Ibidem. Subito circumfulsit eum lux de celo. Flagellatione quia excecatus et in terram prostratus. Beneficiorum exhibicione. quod postmodum fuit illuminatus. a christo educatus et in tertium celum raptus. Secundo ex parte hominis requiritur expeditio voluntatis scilicet ne a diabolo teneatur cathena ferrea. id est ferrea voluntate. Que quidem cathena octo habet anulos scilicet malae suggestionem cogitationem. delectationem pensum. operationem consuetudinem necessitatem et desperationem. Istos namque octo anulos apostolus fregit scilicet prauam suggestionem. ij. Cor. iij. ca. Abdicamus occulta detestacionis. Carnalem cogitationem. ij. Cor. j. ca. Aut que cogito secundum carnem cogito. quasi dicat. non prauam delectationem quod tamen circa spiritualia delectabatur. Rom. viij. Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem. prauum pensum. quod bonis meditacionibus spiritus sentiebat. Ibidem. Consentio legi quam bona est. prauam operationem. Ro. xij. Abijciamus ergo a nobis opera tenebrarum. prauam consuetudinem. quod ad omne opus bonum se assuefecit. ad Phil. iij. ca.



## De Sancta

## Margareta

Ubiq; et in omnibus institutus sum etc.  
 Pravam necessitatem quod habuit spiritus liber-  
 tate. **Cor. iij.** Ubi spiritus domini ibi libertas  
 dem desperationem. quod habuit omnimodam  
 spei firmitatem. **Debre. vi.** Confugim' ad  
 tenendum propositam spem. Tercio promenda-  
 tur a fructuosa remuneratio cum subiungi-  
 tur. Sedebitis super sedes. **xij. in q** remu-  
 ratione tria erunt. Primo regalis dignitas  
 cum dicitur Sedebitis. Habebunt enim regale  
 dominum **Sap. v.** Accipiens regnum deco-  
 ris. regale territorium. **Ibid.** et dyadema regni  
 de manu dei sui. regale sceptrum **Sap. x.** Do-  
 nec affert illi sceptrum regni. Regale habitum  
**Prover. xvi.** Bisus et purpura vestimen-  
 tum eius. Regale solium. **Luc. xxiij.** Sede-  
 bitis super thronos. **xij. et** Secundo in ip-  
 sa remuneratio erit magna dei liberalitas  
 etiam in presentia. quod quidem quatuor modis po-  
 teli intelligi. scilicet aut quantum ad temporalium di-  
 scretam possessionem. quod avari possident ea ut  
 secum. sancti vero ut uti. que possessio  
 est temporalibus in centuplo melior. aut quan-  
 tum ad spiritualium acquisitionem. ac si dicat  
 dominus Spiritualia precipiet que temporalibus proparata  
 excedunt. sicut maior numerus minorum  
 numerum excedit. Aut quantum ad suffragiorum  
 ecclesie participationem. Illi enim qui sunt de  
 ecclesia tantum numero presentia adinuicem precipi-  
 pare substantiam suam. Illi vero qui sunt nu-  
 mero et merito presentia adinuicem precipare me-  
 rita sua. que participatio in centuplum meli-  
 or est quam prima. Aut quantum ad religiosorum  
 inter se communicationem. qui sepe pro uno fra-  
 tre carnali vel dono temporalium centuplum accipi-  
 unt. Tercio in illa remuneratio erit eter-  
 na felicitas cum dicitur et vitam eternam possi-  
 debit. Hoc namque quod dicitur vitam respicit  
 illos qui sunt in inferno. qui non habent vitam  
 sed mortem. Et hoc quod dicitur eternam respicit  
 illos qui sunt in mundo. qui etsi habent vitam  
 habent eam transitoriam et caducam. Hoc autem  
 quod dicitur. possidebitis respicit illos qui sunt  
 in purgatorio. qui etsi habituri sunt vitam.

non tamen sunt in possessione. Illi namque qui  
 sunt in celo habent et vitam sine morte. et eterni-  
 tatem sine fine. atque possessionem sine expecta-  
 tione.

De sancta Margareta virgine.

Sermo primus.

**I**sa conteret  
 caput tuum **Gene. iij.** Quamvis  
 beata margareta fuerit puella  
 tamen preiit caput patris propter dyaboli. ac ti-  
 ranii. Pater namque suus intentebat eam tra-  
 here ad cultum ydolorum. sed ipsa istud caput  
 sue intentionis preiit. quod eius societatem fu-  
 git et oues sue nutricis pascebat. Pericu-  
 losum namque est bonis cum malis stare et ma-  
 lis cohabitare. quod mali sunt igne percipie in-  
 flammari et ideo boni sepe inficiuntur a malis  
 Sunt luto auaricie inquinari. et ideo sepe in-  
 ficiuntur Sunt pice adhxrentis supbie in-  
 fecti. et ideo sepius denigrantur Sunt tene-  
 bris ignorantie obscurati. et ideo sepe a ma-  
 lis illis obfuscantur. Beata igitur margare-  
 ta noluit habitare cum malis ne aut inflam-  
 mare igne percipie. aut inquinare luto au-  
 uaricie. aut inficere pice supbie. aut obfu-  
 scare tenebris ignorantie. Secundo co-  
 trivit caput tyranni qui in superbiam elat-  
 tus cultum christi euacuare volebat. sed caput  
 sue clarioris ipsa preiit et cultum christi de-  
 fendit. et in nullo presentire voluit. Et ideo  
 quintuplex certamen passa fuit. Primo  
 quod in eculeo fuit suspensa Ideo enim fuit  
 in aere cruciata. ad ostendendum quod ad-  
 huc non fuit in celo. quia ibi sunt beati. nec  
 erat in terra. quia ibi sunt avari. sed erat  
 in medio. quia ibi sunt perfecti. Habebat  
 enim supra se celum ad desiderandum. et  
 infra se mundum ad despiciendum. Iux-  
 ta illud **Proverbio. xv.** Celum sursum  
 et terra deorsum. Secundo fuit adusta sed  
 non combusta. nec mirum. quia habebat  
 interius gratiam afflantes. **Danielis. iij.**